

152

CARMEN EPÆNETICON,
AD DOCTISSIMVM ORNATISSI-
MVMQVE IVVENEM CAROLVM VASOLT TYROLENSEM,
cum supremam in Philosophia lauream, & Magisterij gradum publicè in schola Ingol-
stadiana consequeretur, Scriptum per Valentimum Rotmarum Salisburgeñ:



Vid noua cum subito surgunt modò gaudia plausus.
 Musa refer nobis, quid et alta palatia Phœbi
 Insonuere Dei? Gelidis pater Ister in undis
 Dum niue, dum glacie caput occultauit amicum,
 Et, te ne clades, Ingolstadiana, propinquaque
 Obruat, atque recens fabricati ruptio pontis,
 Vrbs, timet, antiquæ non immemor ille ruine.
 Non tamen interea (quanquam non inscius intra
 Incola conclusus muros, limumque profundum,
 Illuuiem undarum metuit, rabidumque furorem,
 Praecepit uenire uolunt, et uertere fata magistri
 Incassum rerum, tamen altas Iupiter arces
 Concutit et nos tristis ridet Deus ipse timores.)
 Non tamen interea torpet Phœbea a propago,
 Nec metuit ponit, nec muris, nec timet agris
 Divinitisque suis, quas non incendia tollunt,
 Non Ister Rhenusque simul, si uita supersit,
 Sed noua sacra parat Phœbo, tu munera Phœbe,
 Quis quis inoffenso tantum tua castra secutus
 Est pede, qui metam patiens duravit ad imam.
 Dic nubi Phœbe, precor (doctissima; ea condere chartis
 Dignabor, tantum solus sine munere festum
 Ne uisam) cur purpureis ornare galeris
 Mysterium solenne caput? nil credere fas est
 Aut fieri, aut nostris temere a maioribus esse
 Acceptum, quod post seri rapuere minores.

Qui primos igitur studijs decreuit honores,
 Esse Sophos uoluit, Mysteriaque Magistros.
 Scilicet eximie quæ sit uirtutis amissio,
 Qui presenti alijs, leges qui condere norint,
 Et mores formare bonos, certaque docere
 Viuendi possint normas: antiuitatis illos
 Atque Sacerdotis uocitari nomine iussit.
 Hinc super ipse suam capiti uelamina mitram
 Adiecit, fecitque novo fulgere decore,
 Hic ubi coelestis mens portio confidet auræ,
 Et diuina suam posuit sapientia sedem.
 Hæc decus æternos uiolacea mitra per annos
 Mysterium, diuina designat nobile mentis,
 Quo non maius, opus, non est præstantius ullum,
 Sed tamen arcum latet, immersumque profundè.
 Aspice, Musarum cultor, quem mitra colorem
 Praferat, ut mixtus ruber interluceat atro,
 Scilicet ostendit diuina re condita mentis
 Munera, sed lucem tamen exoptare patentem.
 Non satis, in studijs longos traducere soles,
 Atque operi partem tenebrose iungere noctis,
 Nec didicisse satis, quicquid uel Musa Platonis
 Inclita, uel libris scripsit Stagyra uetus.
 Siue Anytireus celo deduxit ab alto,
 Ni bene communes eadem traducat in usus,
 Seu sit diuino plebs irroranda liquore,
 Seu pestes hominum et morborum mille figure
 Vertenda, seu sunt urbes, hominesque regendi;
 Denique, seu facilis cuique instituenda iuuentus.
 Hæc sacra mitra docet, nigroque imbuta colore
 Commixtoque rubro, lubeat seu dicere cuique
 Purpuream: monet hæc eadem te CAROLE mitra,
 CAROLE, supremos Sophie qui dignus honores
 Fers, ut que longis curis, quæque hausta diurno
 Sunt studio, in medium, bene consulturus amicis
 Aut patriæ, aut alijs lati regionibus orbis,
 Exponas quondam: nunc de te pauca canentem
 Accipe, et hæc animi tibi sint tecmeria nostri,
 Est regio, Bauaros inter, tractusque Carinthos,
 Et Styrios, Italumque solum fluvioque superba

Oeno et pampinea tellus aptissima uiti,
 Terra Athesina, tuo qui sceptro subiacet, alme
 O Fernande, patri cognominis, et patrenate
 Cesare, sacratisque tibi uicina Tridentum
 Nobile concilijs, primum hec sibi uendicat ortum
 Carole terra tuum, primis enutriat annis,
 Peneque pubentem duxit studiosa iuuentam.
 Gens tua diuinijs (si quod tamen ulla meretur
 Gaia decus) summis, uirtuteque nota Vasolda
 Terris, quas Athesina, rapidus quas alluit oenus.
 Ut patrias interque domos, interque fideles
 Es bene formatus monitus, ubi uisere tempus
 Extera tecta patri uisum, te protinus oras
 Ad Bauaras iubet ire parens, ceu ciuis ad altas
 Romanus quondam gnatos dimisit Athenas.
 Quas tamen hinc patri referes o Carole merces?
 Num quas gemmiseris portat Mercator ab Indis?
 Hinc tu sed iuuenis patriam aportabis ad oram
 Ingenuas artes, Sophiam, moresque probatos,
 Quis tamem, Italicas postquam lustraueris arces
 (ibis enim Ausonios paucis labentibus agros
 Mensibus inuisum, postquam nütescere cœlum
 Incipiet tamen ante grauis quam ferueat aestus)
 Adiunges alias merces, secretaque legum
 Sedulus intrabis Themidis penetralia cultor.
 Hec ego bis ternis breuiter meditatus in horis
 Carmina, qui rutulum nutu moderatur olympum
 Et qui res hominum faustis successibus auget,
 Hunc precor, o animo carissime Carole nostro,
 Ut tibi supremos Sophie fortunet honores.
 Adferat et Pylij felices Nestoris annos.

ALIVD.
IN EIVSDEM HONO-
REM Ioannis Rheüss Turci
Liechtesfensis.

Horrendus loue natus est supremo
 Mars nulli ueluti suas cruentas
 Partes aut sua casta tediosa
 Sectanti, absque labore et absque curis
 Clarum, postuarias uices, triumphum
 Concedit, reputaque non uirile
 Pectus, ni rigida manu, uel armis
 Commitat celebres uiroque dignas
 Res, uirtute sua patetque nomen.
 Laudes hinc etenim suas Achilles
 Heros, nomen et ipse promeretur,
 Ingen s Hector est et hinc relicta
 Fama, Hinc Herculei patent labores
 Bis seni, celebres manent et inde
 Errores uarij uiri Maronis
 Quem diuina canit boni Thalia.
 Ne dicam Imperij sacri potentes
 Romani Dominos, uirosque quorum
 Dux authorisque prior subest Iulus
 Cesar, quo minor haud adest stupendus
 Quintus Carolus, omnem enim labores
 Virtutesque sue patent per orbem.
 Terres haud aliter sacre sorores
 Et Dux ipse chorii potens Apollo
 Preclaris titulis suis coronant
 Non illum, nisi sit prius frequenter

Visus Palladias domos adire
 Acex arce Deæ sacra Minerua
 Absuetus fuerit suis loquelas
 Doctrinas Sophia probè referre,
 Quas non ipse modo Plato reliquit
 Scriptas, sed reliquias, uel et priores,
 Vel per discipulos suos relictas,
 Et iustis pariter notis probatas.

Porro non secus, aureo ac nitore,
 Pomum, aut Puniceo micans colore
 In lancem positum mero paratam
 Argento, magis afficit, magisque
 Pascentes oculos iuuat mouetque.
 Sic, si quis fragili ualeat decore
 Formæ, diuinijs et est refertus,
 Is laudem merito ex eo meretur,
 Et quod pulchra Venus, Deusque coecus
 In talem sua dona contulerunt

Verum si eueniat, Dea ut Minerua
 Informet studijs suis eundem,
 Ac in fonte Deum lauet sacrarum,
 Cunctis non grauior modo uidetur
 Talis, sed quoque gratiam reportat
 Tantum ut Doctissone nouem sorores
 Hunc dignum reputent sua corona
 Ornatum, artibus in bonis Magistrum
 Acuatem proprium suum uocari.

Ergo Carole, quem uocant Vasoltum,
 Cum constet uenerem, Deumque Ditem
 Non solum tibi dona contulisse.
 Ut cunctis placeas satis superque:
 Sed sis Anonijs aquis, Minerua
 Ductu ac auspicio Deæ, rigatus
 Instantum, ut simul omnibus Deabus
 Ac ipsi quoque Apollini proberis.
 Sic, ut Palladis hoc die creeris
 Vates, et simul artium Magister.

En nunchunc celebrem tibi Triumphum,
 Et claros alios tuos honores,
 Quos uirtusque tibi laborque constans
 Fidens auxilio Dei, parauit.
 Hos, dico, tibi gratulor, Precesque
 Fundo preterea ad deum potentem
 Ut partam tibi gloriam secundet,
 Ceptis atque tuis uelit fauere
 Sic, ut principijs modo subactis,
 Astræ et Themidos bonus piusque
 Cultor, tempore mox suo, uoceris
 Et positis studijs tui et laborum
 Fructus postea habere digneores.
 Verum, quo Sophie recens Magister
 Vera leticie, meique amoris,
 Actus atque tui satis celebris
 Nunquam non memor ipse latet esse
 Positis, Distichon hoc sequens ministro
 Annum, quodque diem breui recenset,
 Quot tantus tibi contigit Triumphus
 Hoc tantum repetens, meum rogatum
 Hoc carmen bene consulas rogatus.

Carmen Numerale.

Carolvse EXISTIT tVNC CLARVS in arte Magister
 QVINTO VBLIANETVVSVS qVINTVS APOLLO SVBLT.

Ex Typographia Veißenhorniana.

